V. MICHAEL Wiedemann/ *Lauba-Luſ.*
in Glorioſiſſimæ Memoriæ Electore, JOH. GEORGIO II. PACIFICUM ANIMUM eleganti Pöemate Teutonico laudaturus.

ACTU SYNCHARMATICO

audientur

I. VVIGANDUS Möller/ *Gorlic. Luſ.*
INTERLOCUTOR, animos Commilitonum, qvotqvot in Palaſtra Orat. ſequentur, à luctu publico ad publicum plauſum ſermone Latino revocaturus, ipſeq; & eosdem moniturus: ut paulatim ſe ad devotiſſimè gratulandum, cùm Magno Magni Parentis Filio, JOHANNI GEORGIO III. Novello Saxoniæ Electori, tum Magno Magni Avi Nepoti, JOH. GEORGIO IV. Novello Electoratus Saxon. Hæredi, gratulaturi, componant.

II. SAMUEL Schultze/ *Sora-Luſ.*
admodum arguta Inſcriptione Saxonicam METEMPSYCHOSIN, quæ in Beatiſſimæ Memoriæ Elect. JOH. GEORGIO II. Virtutibus nempe ejus in unicum Fil. Sereniſſimum & Potentiſſimum Principem ac Dominum, DN. JOHANNEM GEORGIUM III. Ducem Saxon. Jul. Cliv. Mont. S. I. R. Prætorio hodie Præfectum & Electorem, &c. Principem ac Dominum noſtrum Clementiſſ. feliciter transfuſis, Anno cIↄ Iↄc LXXX. XXII. Aug. St. V. contigit, Famæ garrulæ enarraturus, dignisq; & laudibus eandem celebraturus.

III. CHRISTOPH. Popig/ *Cunavia-Luſ.*
Beatiſſimum qvidem Opt. Saxon. Elect. JOH. GEORGII II. obitum in politiſſimi Pöematis ſui Germanici limine colluctururus; ſed mox ſe à luctu revocaturus, inq; laudes cùm NOMINUM, tum NATALITIORUM Novelli Electoris, JOH. GEORGII III. INSIGNIUM deſcenſurus.

IV. MICHAEL Wiedemann/ *Lauba-Luſ.*
argutâ Inſcriptione, cui ſcribendæ Solis, quadrigis vecti, Emblema Belg. cum Lemmate, ILLUSTRABIT OMNIA, occaſionem dederat, Novello Saxoniæ Electori, JOH. GEORGIO III. de Electoralibus Honoribus ſubmiſſiſſimè gratulaturus.

V. JOHANNES Wunderlich/ *Gorl. Luſ.*
politâ Oratione Germ. Optumi Parentis, Parentis Beatiſſimi, JOH. GEORGII II. Exemplum Optumo Filio, Filio Feliciſſimo, JOH. GEORGIO III. ob oculos poſiturus, atq; deinceps tanto Principi Electorales fasces, quos, Hominiô à totidem Civibus præſtito, feliciter haut ita pridem firmavit, cum debita animi ſubmiſſione gratulaturus.

VI. CHRISTIANUS Heyme/ *Biſchoffswerda-Miſn.*
Commilitonibus ſe in hoc publicæ Pietatis officio juncturus, humillimeq; inter lætos animorum plauſus cum Angliæ Civibus aureum lilium & gladium, aureas lances, filios & pueros, ſertum deniq; rutaceum oblaturus. Nec verè nudè dona hæc, ſed qvodlibet cum certo ſuo Lemmate, offeret.